

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio XXXVI. Declaratur, an in erectione Ecclesiæ Laurentanæ in  
Cathedralem, sit comprehensa sancta Capella stante observantiâ inde  
prætensâ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](#)

declarationem super visitatione, cognitione causarum criminalium & matrimonialium, licentia predicandi, approbatione ad Confessiones, &c. donec inferior statutum nullius diocesis, vel utramque jurisdictionem in clerum & populum probaverit per rem judicatam, qui stylus abunde probatur ex decis. 301. par. 2. & decis. 310. par. 4. tom. 2. ac decis. 552. ead. par. 4. tom. 3. recent.

Quia tamen intelligenda in celo, quo inferior allegaret exemptionem totalem & statutum nullius diocesis, concurrente eius quasi postfitione; nam si allegaret dum taxat exemptionem simplicem, utique eo ipso fatetur loca esse in diocesi Episcopi, qui proinde non teneretur quidquam probare, uti dictum fuit in decis. 491. numer. 1. par. 1. recent. & decis. 330. num. 5. par. 15. recent.

Item intellige predicta, quando Episcopus in sola assistentiâ juris se fundet, tenetur enim tunc probare existentiam locorum intra fines, secus si simul concurrent pro ipso actus possessori, tunc enim datur ei manutentio etiam non probata existentia. Addent, ad Gregor. decis. 32. num. 4. Rot. decis. 127. num. 5. par. 8.

## DECISIO XXXVI.

Declaratur, an in erectione Ecclesiae Lauretanæ in Cathedralem, sit comprehensa sancta Capella, stante observantiâ hinc inde prætensâ.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Decisio 696.  
part. 4. tom.  
3. recent.

Lauretana Jurisdictionis.

Veneris 23. Januarii 1617.

## S U M M A R I U M.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Probationes plures imperfecta junguntur ad faciendam plenam probationem. | 2. Contentum an sit diversum à continente. |
| 3. De Ecclesia depositum habet locum in omnibus Capellis.                   |  |

4 Caput

4. Caput dignius eß corpore, non tam  
diversum à corpore.  
5. Cathedralis Ecclesia sola aliquando  
vocatur Ecclesia.  
6. Ecclesie ambius appellatur Eccle-  
sia.  
7. Præmii verba denotant causam fina-  
lem.  
7. Sponsa sit particeps dignitatis sponsi.  
9. Clerus & Episcopus venit nomine Ec-  
clesiae.  
10. Hora Canonica, licet decantentur in  
particularibus Capellis, nihilominus  
intelliguntur decantata in honoreno  
ipsius Capella principalis.  
11. Capella principalis facit unum cum suis  
Capellis inferioribus.  
12. In parte quod sit, censetur factum in  
totum.  
13. Capita duo si dentur in eodem corpore  
est monstruosum.  
14. Interpretatio semper ea est capienda;
15. per quam evitatur absurdum, aut  
insolitum vel repugnans natura & etus,  
qui geritur.  
15. Narrativa Papa de facto proprio pro-  
bat.  
16. Referens nihil aliud probat, quam re-  
latum.  
17. Scriptura una declarat aliam.  
18. Bonae temporale Ecclesia multis in locis  
administrantur separatum ab Epis-  
copos.  
19. Capella in aliqua Ecclesia, quod sit ex-  
empia à Titulari illius Ecclesie, non  
est inconveniens.  
20. Conclusio deducitur à discretria locutio-  
no, non est nisi quadam conjectura,  
non concludens per necessitatem.  
21. Conjectura debiliores cessare debent  
concurrentibus validioribus.  
22. Clausula derogatoria exequentiiva do-  
clarant continentiam.

**D**ubitavi an in erectione Ecclesia Laurentianæ in Cathedralē, juxta præteri-  
ctum de quo agitur. Et placuit Dominis resolvere, sanctam Capellam com-  
prehendi in dicta erectione, referendo, ut de observantiā videretur. Fundamenta re-  
solutionis fuerunt plura quæ saltem simul juxta suffragani videbantur juxta Regu-  
lam de qua in eum causam i. 1. de probat. *Gloss. in l. 2. in verbo, legimus, ff. de ex-  
sufficiencie, cum aliis adductis per Gabr. conclus. 1. num. 1. de probaz.*

Primum, verba Bullæ erectionis, de quibus in Bullario Sixti Papæ V. 34. in or-  
dine; Papa enim facta narrativa, quod in oppido Laurentano adest una insignis Col-  
legiata sub invocatione B. M. Virginis, in cuius medio inest illud sacrum Cubiculum,  
in quo nata fuit Virgo Maria, & ibidem ab Angelo salutata Salvatorem Mundi de  
Spiritu sancto concepit, & in quo cubiculo Deus omnipotens intercessione ejusdem  
Virginis miracula indies operari dignatur, propterea cupiens Ecclesiam hu-  
jusmodi dignioribus titulis decorare, prædictum oppidum in civitatem, Eccle-  
siam vero, hujusmodi in Cathedralē perpetuo erexit; cum igitur Papa erex-  
eret.

uit in Cathedralem illam Ecclesiam, in cuius medio inest Cubiculum sacrum, id est videtur exessisse & ipsum sacrum Cubiculum, ne alias hoc cubiculum, quod modo redactum est ad instar Capella, & ita communiter vocatur, & in quod dies celebratur, tanquam contentum sic diversum a continente, ad text. in l. an qui ad eis ff. de usucap. Dec. cons. 123. numer. 34. lib. 3. & signanter quod dispositum de Ecclesiâ habeat locum in omnibus Capellis. Est textus in cap. si Cenatus, ratione desent. excomm. in 6. ad idem facit e. unicum de consecr. Eccles. vel Alio, eodem lib. 6. Nec refragatur quod Capella in hoc casu sit dignior ipsâ Ecclesiâ, quia hoc non tollit, quin faciat unum corpus cum ipsâ Ecclesiâ, sicut eventus de capite humano, quod licet sit dignius reliquo corpore, non propterea judicatur tanquam res diversa ab ipso corpore, sed cum illo facit unum quid; & fuit oblatum, quod Papa non erexit in Cathedralem simplicem Collegiam, quia aliquando vocatur Ecclesia, ut per Gloss. in cap. cum Clerici de verb. signif. id exerit ipsam Ecclesiam materialem, hoc est ambitum murorum ad sufficientiam, hanc consequendam Indulgentiam destinatum, qui ambitus ipse appellatur Ecclesia Card. in clem. 1. §. fin. de reliq. & vener. Sanctor. Archid. in rub. a consacr. Ecclesiâ numer. 1. quod pater, quia Papa exerit in Cathedralem Ecclesiam il am, in c. ius medio inest sacrum Cubiculum, quod tanquam quid correlative, est in medio Ecclesiae materialis, & prout est ambitus murorum; ex quibus cessare videbatur pricipium exadverso objectum, quod simplex Collegia fuerit illa, quae fuerit erecta in Cathedralem.

Secundo loco fuit ponderatum, quod intentio principalis Summi Pontificis fuit decorare, & ornare dignioribus titulis, & nominibus sanctam Capellam, in qua nata est B. Virgo, & in qua concepit de Spiritu sancto, ut patet a verbis supra ponderatis, que denotant causam finalem l. fin. ff. de hard. m. 6. & fin dictum in Bononien. de Malverius. 2. 4. Februario 1612. Et in Spontanea visitacionis 2. 4. Alaji 1613. coram me, & res ipsa demonstrat, & quia non aderat causa extingendi annexum Episcopatum Recanaten. hic autem effectus decot felicit, & ornamenti S. Capellæ magis sequitur dicendo, quod Papa exerit sanctam Capellam in Cathedralem, quam dicendo, quod non exerit, & si quod remanserit simplex Capella, ergo est capienda interpretatio, quod exerit. Non obstat, quod honorificentius tuerit S. Capellam remanere subjectam immideate Summo Pontifici, prout erat antea, quam hoc modo subjici Episcopo Laurentano; quia hoc bene procederet, si remanseret in statu simplicis Capellæ, sed com mediante hujusmodi electione de Capella fuit Cathedralis, & sponsa Episcop, illius status fit honorificentior, & non propriè dicitur subjici, sed adjungi suo sponso, & tanquam sponsa fit particeps dignitatis illius ad text. in l. ult. ibi. Et fortia

uit eius fulgorem C. de nupt. l. mulieres honore maritorum C. de incolis lib. 10.  
innumerous congerii Tiraq. de nobilis. cap. 18. numer. 1. cumpli. segg. maxime quia  
Episcopus Lauretanus non fuit subjectus alicui Metropolitae, sed immediate Sedi  
Apostolica, unde S. Capella per hujusmodi electionem acquisivit novam digni-  
tatem, & nihilominus aribil amissi circa subjectionem, cum pariter remanserit im-  
mediate subjecta Sedi Apostolica; & fuit observatum quod secundum lecturam  
partis adversa ita S. Capella per hujusmodi electionem nedum minimè acqui-  
siverit novum decorum, & ornamentum, ut fuit de intentione Papa, sed po-  
tius amississet de antiquo: Etenim cum negari non possit Collegiam Eccl-  
esie fuisse erectam in Cathedralem, S. Capella Collegiata remaneret subjecta  
Cathedrali tanquam suo capiti, non autem S. Capellæ, ut erat pius, unde S.  
Capella amississet titulum, & superioritatem Collegiata, & amplius posset care-  
re soliu cultu, esset enim necesse Episcopo formare novam Capellam principalem  
in sua Cathedrali Ecclesia, & in illa, & ad illius honorem juxta ritum universalis  
Ecclie celebrare divina officia cum suo Capitulo, & Clerico, qui Clerus & ipse  
venit nomine Ecclesie, ut per Gloff. in d. cap. cum Clerici de verb. signif. & sic S. 9  
Capella remaneret spoliata celebratione divinorum officiorum: Nec facit, quod  
nequenunc in S. Capella decantentur divina officia, sed in alia Capella separa-  
ta, quia hoc non tollit, quin dicantur celebrata in honorem Capellæ principa-  
lis, ut practicatur in Ecclie S. Petri de Urbe, & in aliis, in quibus decantan-  
tur hora Canonica in particularibus Capellis, & nihilominus intelliguntur de-  
cantate in honorem ipsius Capellæ principalis, quia ipsa facit unum corpus cum II  
suis Capellis inferioribus, unde quod sit in parte, censetur factum in toto I. qua 12  
detraff. de rei vindic. Frideric. de Sen. conf. 159. in fin. vers. non obstat, secus eveni-  
tum, si S. Capella consideraretur tanquam quid separatum ab ipsa Cathedrali; quia  
non posset applicari, quod divina officia celebrata in Cathedrali, censeantur  
celebrata in honorem S. Capellæ.

Ex quibus resulstare yolum fuit tertium argumentum, nempe, quod si S.  
Capella non fuisset comprehensa in erectione, sed remansisset quid separatum, &  
prout erat prius, oportaret date duo capita in Ecclie Lauretana, quod esse mon-  
strorum & insolitum per ea, qua latè deducta fuerunt in hac eadem causa die 13  
20. Junii 1616. coram me, unde vix fuerunt applicati vulgares conclusio-  
nes, quod illa sit capienda interpretatio, ne sequatur absurdum aut insolitum 14  
vel repugnans naturæ actus qui geritur. ad text. in l. cim inter. de except.  
Gem. conf. 73. numero 10. vers. item placutum. Cald. confil. 13. in fin. de  
solam.

Quarto loco movit Dominos, quod idem Pontifex in Bullâ erectionis mi-  
litum Lauretanorum editâ post annum in proemio, post plutes in Deiparam  
Y Virgi-

Virginem laudes , narrat se in honorem ejusdem Virginis sacrofanciam domum Lauretanam decorasse dignitate Episcopali , & ex Collegiata erexisse in Cathedram ; hæc autem narrativa , quod ipse dominum prædictam in Cathedram erexit , tanquam narrativa Papæ de facto proprio visa fuit omnino probatae ad sensum in Clem. unita de probat. Vital. ibidem à numero 14. usque. 19. Lap. alleg. & Verall. decif. 286. par. 2. Rot. decif. 266. part. 2. divers. & multis allegar. Geth. 14 probat. conclus. 2. num. 2. cum plur. seqq. Maxime cum principaliter pertinet factum de quo aegabatur in illa constitutione , nempe ad ornamentum hujus S. Domus , ad quem finem siebat erexitio Collegii prædicatorum militum , ut habeant eadem constitutione.

Nec placuit Dominis responso quod Bulla erectionis in Cathedram lativa , unde nil magis probat , quam relatum ; nam præter quod Bulla erectionis Lauretanorum non utitur aliquo verbo relativo , etiam si operetur , objectum possit procedere , si ex Bulla Lauretanorum deduceretur nova dispositio circa erectionem Cathedralis , secus quando hoc deducitur per viam declarationis , quia Scriptura declarat aliam iuxta notata in l. qas filiabus , & in l. si servis plurimis ff. de leg. 1. Bart. in l. si utrum in princip. ff. de petit. bared. Alex. cons. 120. numer. 1. Dec. cons. 336. numero 2. Cravett. cons. 226. numer. 6. & declaratio non dicunt nova dispositio 1. baredes palam s. si quid est factum testament. Gloss. in cap. propter verb. de novo de donation. Felin. in cap. super questionum numer. prim. de off. dogm. Decian. in l. Edit. num. 47. C. de eden.

Non obstat , quod ex Bullâ erectionis detegatur Papam non intellectu removere protectoriam hujus sanctæ Capellæ , cum mandaverit Episcopum pro fide debere recipere certam portionem ex prædiis sanctæ Domus declarandis per Cedula tunc protetorem ; fuit enim responsum ex hoc bene inferri , quod Papam tollere protectoriam quoad bona temporalia , sed non exinde sequi quin voluntate erigere prædictam S. Capellam in Cathedram cum omnibus , que pertinent consequenti necessario dicta erectionis , qualia non videntur esse bona temporalia Ecclesiæ , que ut docet praxis , in multis locis administrantur separatis ab Episcopis , ut sunt redditus pro fabrica ipsiusmet Cathedralis , pro celebratione officiorum , & similium , & fuit ponderatum , quod attento hoc argumento Papa nullam fecerit erectionem , quia & ipsa Ecclesia materialis in cuius medio est S. Capella , & ipsa Collegiata , & universus Clerus , quin , & populus Laurentanus non solum in temporalibus , sed etiam in spiritualibus erant per prius sub protectoria sanctæ donæ Laurentianæ.

Minus facit quod non sit inconveniens in una Ecclesia adesse Capellam exempli tam à titulato illius Ecclesiae , quia hoc admittitur posse evenire , sed negatur evenire in hoc casustantibus circumstantiis facti , de quibus supra.

Neque

Neque etiam obstat, quod Papa discretivè loquutus fuerit de Ecclesia & Ca-  
pella, & proinde erigendo Ecclesiam non videtur comprehendisse Capellam, quia  
fuit negarum Papam discretivè loquuum fuisse de Ecclesia, & sancta Capella, non  
enim enunciavit Ecclesiam, & Capellam tanquam corpora diversa, puta, si dixisset  
in oppido Lauretanis duas Ecclesiæ, alteram Collegiatam sub invocatione sanctæ  
Virginis, alterum vero sacram Cubiculum in quo B. Virgo nata fuit &c. sed enum-  
eravit tanquam unum, & idem, ut supra demonstratum est: præterea conclusio de-  
ducta à discretiva loquutione, non est nisi quædam conjectura, non enim conclu-  
dit per necessitatem, ut patet ex illo Evangelii Marci cap. 16. dicite discipulis eius, & Petro,  
quia alia concluderet Petrum non fuisse discipulum, & proinde cessare debet con-  
currentibus validioribus conjecturis, pro ut visæ fuerunt concurrere in hoc casu ex  
supra deductis.

Non denique visum fuit obstare, quod Papa expresse non derogaverit juri  
Protectoris, nec fecerit de illo mentionem, quia haec non sunt necessaria in concep-  
tione de sui natura præjudiciali, ut latè fuit dictum coram me in Cesare Augustana  
jurisdictionis 5. Februarii 1609, & quod Papa voluerit detrahere de jure Protecto-  
ris, est plusquam certum; tum quia non dubitatur supposuisse novo Episcopo Ec-  
clesiam continentem, nec non Clerum, & Populum Lauretanum, que prius erant  
sub Protectore, ut supradictum est. Tum etiam, quia in clausulis derogato-  
riis fecit mentionem de Praesule Lauretano, qui tunc non era talius, quam Protec-  
tor sanctæ Capellæ, & clausula derogatoria exequitativa declarant continentiam  
dispositivarum. Ias. in l. pupillari numer. 2. de singl. pupill. Felin. in cap. nonnulli  
numer. 27. conclus. 15. de rescript. Achill. decis. 3. numer. 4. qui fil. fint legit. Se-  
raph. decis. 1321. Et fuit dictum in Romana legitime. 16. Decembri 1616. 20.  
ram me.



Y 2

DECI-